

Pars

X.

fic quoque cum eis mansionem vobis in celesti regno procurrare festinetis quatinus et hic illos in omnibus adiutores et in futura mereamini habere vita socios.

Gregorius populo presbiteris diaconibus et clero Mediolanensis ecclesie. .xxv.

Quantum nos de obitu fratris et coepiscopi nostri constantij mediolanensis merore afficiat pagine explere locutione non possumus. Sed quam multa bona in vno homine partes ille perdidit utinam vicine repentina calamitate non sentiant. Nam quemadmodum sollicitus in ecclesiastica regula discipline vel quam fuerit vigilans in tuitione ciuitatis vestre non habemus incognitum. Sed quoniam abeunte pastore sine proprio vos esse decet antistite omnino grate suscepimus quod deus dedit diaconem nostrum ad episcopatus officium nos vnanimes elegisse deo auctore signastis. Unde quia bonorum studiorum desideria nulla debet tarditas impedire vota in eo nostra cum dei gratia festinamus et quia predictus vir nobis non cum moribus sed solum speciebus notus est oportet ut quanto in hac electione non solum vestram utilitate sed etiam causam dei agi cognoscitis tanto debeatis esse solliciti et subtiliter requirentibus nihil est quod ei ex antea data vita criminis per sacros possit canones obuiare aut si ad tenendam disciplinam vel exhibendum regimen idoneus reperitur atque cunctorum in eius sicut scribitis electione concordat assensus diuinitatis gratia suffragante eum presentium scriptorum auctoritate solemniter decernimus ordinari. Illud autem quod nobis ab agilitulo indicastis scriptum dilectionem vestram non moreat. Nam nos in hominem qui non a catholicis et maxime a longobardis eligitur nulla prebemus ratione consensus nec si alii cuius presumptionis usurpatione factum fuit in locum illum vel ordinem sacerdotis suscepimus quia vicarius sancti Ambrosij indignus euidenter ostenditur si a talibus electum ordinat nec hoc est quod nos hac causa deterreat vel aliquam necessitatem incuciat vobis quia possunt alimenta sancto Ambrosio seruientibus clericis ministrari nil in ostiis locis sed in sicilia et in alijs rei publice partibus deo protegente consistit ut ergo in ordinando eo qui a vobis electus est nulla possit mora contingere Pantaleonem notarium nostrum transmisimus qui eum ut moris est ammittente consensus nostri auctoritate faciat consecrari. Cui etiam de possessionibus quas magnus presbiter commissas habuerat vel de alijs ecclesie nostre utilitatibus curam gerere vel quid agere debeat in presenti

Fo

CX

mandamus vestra si ei dilectio in omnibus deuota et decet studeat exhibere.

Incipit Registrum domini pape Gregorij vrbis Rome Inditione quarta. Gregorius innocencio episcopo Africe. .j.



Vi prauorum actuum eminentiam nostram vindicem esse desiderat quid de equitatis eius bono sentiat estimatis. Proinde reuerentissimi fratris et coepiscopi vicarij faustianensis episcopi plenam vobis doloribus querelam

deserimus ut et malos ab actione perperam corrigatis et ab iniusticia quam sustinet nos eruatis. Queritur si quidem superscriptus frater noster multas in locis suis violencias multaque alia contra edictum moris Africanos iudices exercere denique et duplicia illic tributa quod auidu ipso intolerandum est exigantur et quia huius mali ementatio vestre specialiter a ueritate dignitatis expectat. petimus ut subtili indagatione perquirere et ita hoc deo vobis debeatis imperante corrigere quatinus afflictis pro mercede anime vestre protectione iusticie succurratis et huius emendationis exemplo alios in futuro a prauis actionibus arceatis.

Gregorius Alexandro prefecto Spalie. .ij.

Qui de filij caritate non dubitat commendare ei quos diligit non recusat. Et ideo patrimonium ecclesie rauennatis quod in in sicilia constitutum est ita dicitur diminutum ac si nullus esset qui illic utilitates ipsius agere potuisset necesse fuit reuerentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Marianum de ordinando patrimonio ipso ne amplius decrederet cogitare ad cuius quia gubernationem Iohannem diaconem suum transmisit paterno salutantes affectu petimus ut ei tanquam a nobis misso sicut de vobis confidimus caritatem in omnibus impendatis.

Gregorius Bononi abbati monasterij hymentis. .iij.

Repositorum sollicitudo subiectorum cautela est quia si super creditam vigilat hostis insidias declinat. Quare autem solers in regibus fratribus quatenus studio in eorum sis vigilas custodia reuerentissimo